



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

De aqua vitæ extrahenda. Cap. III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)



quam densat, ob id frigida aqua imponēda, vt vaporē cogendo, largiores riuuli in subiectam paropsidem decurrāt. Vbi aqua cum pileo efferbuerit imposita, recluditur epistomium vt calida effluat, & noua frigida induitur. Sicaqua, vt perpetuo rigeat, sæpius interfusa, ac epistomio relaxato eijciunt calidam, maiorem nobis aquæ copiam parabimus.

De aqua vitæ extrahenda. CAP. III.

**A**QUA, quam vitæ dicimus, ita extrahitur. Accipitur vinum validum, & generosum, ex locis siccatuarum, veluti ex monte Vesuio, vulgus *gracum* vocat, vel protropon, siue *tachrymā*. Hoc obtorto vase vitreo balneo, vel cineribus, vel longo collo extillabis, cōsumat tertiam partem excipies, reliquum seruato, nam in perfectum, & acre acetum conuertitur, est enim vini calidum, nam anima, subtilis pars exempta est. Extillatum denuo distilla, & hoc iterum, semper tertiam partem adsumendo. Inde vas longioris, & angustioris colliparetur, scilicet tricubitale, vulgus *matarazzo* vocat, & hoc iterum extilletur, tandem lummo vasis ori superimponatur, & pergamento operiatur, & pileus indatur, ac succenso igne, tenuissimus vini spiritus omnia peruadens in subiectam paropsidem dilabitur, phlegma, cui transitus denegatur, in fundo residet. Argumentum perfectæ purgationis à phlegmate erit, si in ea lintea maderet, & accensum comburatur totum, vel si in plana tabula proiciatur, accensa flamma, nil madoris in ea, immo nec vestigium relinquat. Sed totum negotium hinc pendet, vt extrema vasis ora exacte constipentur, glutinenturque, ne subtilissimi spiritus tenui quouis spiramento euadant, & in auras resoluantur. Res glutinationi aptior nulla erit, nisi boum vesica, vel aliorum, nam in latiusculas tenuiolas dissecta, & maderata, si vbi res sum ora coeunt, obuoluantur, ligeturque, expirantes vapores sola coarctare potest. Id in eius distillatione obseruabis. Excalescentibus prunis vas feruet, & per vasis collum ardentissimus vini spiritus ascendit, infra feruet, supra friget, vsque donec in pileum ascenderit, tunc frigiditas



igiditatis occurſu, in aquam abit, & per naſem in receptaculum reſluit, & quod quidem diu aſcendēdo ſteterat, tunc breui temporis interuallo reſſuus in conceptaculum regurgitabit. Inde à ſummo frigefcens, pileus, per collum vaſis uſque in alium deſcendit rigor, donec denuò ſpiritus à phlegmate ſeparatus eandem operationem efficiat. Nos eoſque vinum aſcendere patiemur, donec inuiſibilis ſpiritus in receptaculum labitur: nam ubi phlegma aſcenderit, apparent in pileo bulle, & riui, & per naſes in aquam relabuntur, tunc vini cadauer tollito, & vinum ſuperfunde, dum eodem modo ſpiritum exuxerimus. Poſſumus &

*idem compendioſè facere.*

Sed qui id breuioris tēporis intercapedine exequi concupierint, vaſ æneum fabricāt, capacitatis vulgaris doſij, in cucurbitæ formā, ſed pilei naſum quindecim, aut viginti pedum vitreum, aut æneum conficiunt, ſed flexuoſa ambage, vel per mutuos anfractus recurrentem, ac veluti anguineos flexus mētiatur, quem vaſe ligneo, frigida aqua pleno, excipiunt: vt per eum elabens in receptoriū recipiatur, nam ubi ternis horis, tertiam vini partem extillauerit, diſtillatū denuò in vaſ ponunt, eiecto quod ſubſidet, & iterum tertiam partem extillant, eodem die idem tertio peragūt: demum longioris colli vaſe expurgant omni phlegmate. Sunt qui pileum tripitem, aut quatripitem faciant, nam vnumquodq; caput peruium habet, & vnum alterū in aluco excipit, poſtremum imperuiū: vnicuiq; ſua roſtra, & ſuas pendentes paropſides, pilei imponūtur, longioris colli vaſa coaptantur, ligantur, & ſuperlutātur, ne expirent, quod è poſtremo altiori delabitur, tenuius, perfectiusque, ex poſtremo humiliori imperfectius, ac ſeorſum ſeruātur, nam diuerſæ nouæ aquas extillabit, ſummum omni phlegmate orbatum, vltimum omni redundans, ſig medi j mediæ notæ habebunt. Non omitam

*ex muſto aquam vitæ excipere.*

Magno carbonum, & lignorū compendio; nempe ſpiritus ille *ἀρογῶ ἀζίδος* dici meretur, neque id doctorum



artificum manū exposcit, sed ignari, rustici, & mulierculæ: educitur enim spiritus ex vehemēti Naturæ impulsu, sese emittentis, sola attentione qualicunq; adhibita. Quum vinū è torculari in vegetes, & dolia transfunditur, & iam iam exhalaturum effervescit, supra doli orificium, ligneum, vel fictile collum bicubitale imponitur, supra pileus accommodetur, & commissuras ne respirent, luto fidelissimè agglutinato, rostro receptorium subdatur, & recipiat, si quid ex eo dimanata quæ. Sic ex effervescētib; musti spiritibus extolluntur tenuissimæ exhalationes, quæ in aquam coeunt, quæ quum solius Naturæ actu sine igne gignatur, peculiare suas quasdam proprietates habet, in opere suo loco dicendas, nunc reticemus.

*Quomodo Sole distillare debemus. CAP. IV.*

**P**OSSVMVS non ignis tantum, sed vi Solis, & simi distillare. Sed simum distillata tetra odoris terditate inficit, Sol verò optimam aquam, multisq; remedijs conducibilem elicit. Vis ignis rerum esse commutat, & calidas, adurentes quæ qualitates conciliat, vnde ocularibus remedijs aquas in Sole prolectas propinare debemus: nam ex igne oculos vellicant, & lancinant, solares mitiores, dulcioresq;: Plus aquæ in Sole excipitur, nam illic in vapores solutæ descendunt, secus in ignem dum ascensui impelluntur vi ignis, lateribus vasis hærent, ac refluxæ in feces descendunt. Aliæ quoque aditantes, suis locis explicandæ. Præterea familiariter consultitur, nam absque lignis, & carbonibus, ac artificum assistentia res perficitur, quippe rebus repletis vasis, ac Soli oppositis, omni labore leuantur. Vt rem igitur patiens perstringamus, scamnum paretur triam pedum altitudinis, duam latitudinis, longitudinis tantæ, quo distillandarum rerum operi respondeat, scilicet si multum distillare volueris, longius parabis, sin minus brevius, et pars scamni Soli obex futura, tabulis claudatur, ne Sol receptoria excalefaciens, iterum aquam ascendere cogat. In medio longitudinis tabulæ foramina excaventur capacia, vasum colla exceptura. Vbi Sol iam Geminos